



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibus Ab Intestato, De Renvnciationibus

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. VIII. De Statuto Florentino excludente sorores, vel alias fœminas proximiores propter agnatos remotiores, etiam usque ad sextum, vel respectivè octavum gradum; An intelligendum veniat de ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

ad suum sensum trahere, seu extendere studuerunt.

Aliqua dubitandi ratio cadere videbatur in hac facti specie super Statuti odibilitate, vel stricta intelligentia, ex eo quod non ageretur de concursu matris cum agnatis masculis, in quibus actu, & habitu urgeret ratio, seu favor conservationis agnationis, & familiaris, dum agebatur de concursu cum femina, quæ licet esset agnata, non tamen apta erat agnationem conservare, quinimò, neque actu de facto conservabat ob Italiae mores, quod femina nupta transeunt in familiam virorum, eamque assumunt, juxta ea quæ in proposito Statuti Urbis 141. late habentur per *Ros. decis. 267. par. 9. recen.* Verùm quam vis id esset aliqua consideratione dignum, quando ageretur de interpretatione magis, vel minus benigne facienda de lege ambigua; Id non intrabat in præsentem, quoniam punctus erat, an Statutum indemnè loquens de successione intestati, locum haberet in successione intestabilis favore agnatorum in genere, & sic etiam masculorum, isto autem puncto generaliter, ac indefinite pro affirmativa firmato, dicta ponderatio deservire posset in questione, an sub nomine agnatorum veniant feminae de familia, quatenus id non exprimitur; Sed quia in verbis ita disponitur, limitatè tamen favore sororis, & amitæ, hinc ita intrat vulgaris regula textus in *l. ille aut ille ff. de legat. 3.*, quod in claris, & expressis non intrant præsumptiones, & argumenta, vel interpretationes.

Ac etiam quia (ut pluries habetur in sua materia *sub rit. de fideicommissis*), quidquid aliqui contradicant, verius, magisque receptum est, ut etiam in fideicommissis, & primogenituris expresse agnatiis, defectis masculis, feminae veniant, quoniam verè agnatæ sunt, quam vis nuptæ, quinimò quamvis moniales ex ibi deductis, idque in specie favore feminae decisum habetur apud *Cels. dist. decis. 125.*, atque difficultas cadit contra aliam feminae agnatarum, de qua *dicta decis. 267. par. 9. recen.*

Adhuc tamen, his non obstantibus, in hac facti specie pro matre respondendum esse censui, ex fundamento, de quo in alia *Tudertina disc. præcedenti*, & alibi, quod scilicet cum hujusmodi statuta contineant fictam supplementationem voluntatis ejus, qui intestatus, vel intestabilis obiit, dum lex præsumit, ut ita ejus successionem regulari voluerit, hinc proinde cum perpetuo cedat præsumptio veritati, hujusmodi statuta cessant, ubi de contracta morientis voluntate constat, ut etiam pluries advertitur *sub rit. de legitim. & de tractione*, ubi pariter de hujusmodi statutis feminarum exclusivis propter masculos, vel agnatos; Ideoque eum in hac facti specie constaret de voluntate patris pupilli (quæ etiam in ipsius pupilli successione attendenda est) de uxoris, ac respectivè matris prædilectione, non solum illam relinquendo usufructuariam, ac filii tutricem, & educatricem, sed etiam eam illi substituendo in casu delicti, hinc proinde ita ejus voluntas clara favore matris desumi videbatur.

Quamvis enim regulariter, substitutio in casu delicti, strictè ad ejus limites intelligenda veniat, neque ab illa inferri possit ad substitutionem in casu mortis, ut pluries habetur in dicta sua materia *sub rit. de fideicommissis*, ideoque inferri non posset ad compendiosam, quæ sub se contineret pupillarem; Attamen id nimium considerabile mihi videbatur; Vel ex recepta propositione pluries in dicta sua materia insinuatæ, ut hæc substitutio in casu delicti nimium sit considerabilis etiam pro casu

mortis, tanquam una ex conjecturis voluntatis testatoris, Vel quod ita admittenda esset ea suppletio, de qua præsertim in alia *Tudertina eodem tit. de fideicommissis. dist. 125.*, quasi quod minus dictum, quam vel tum; Vel demùm quod ista sit circumstantia, ob quam ex duplici assistentia legis, & voluntatis defuncti, quam mater habeat, ita perquamdam speciem limitationis, recipienda potius veniat dicta prima opinio Baldi, his omnibus simul, ac unitim ponderatis.

## FLORENTINA SUCCESSIONIS

PRO

ELISABETHA DE MARIUSCELLIS

CUM

PETRO FRANCISCO DE CASTELLIS

Casus decisus per Magistratum Florentinæ  
Petri Francisci.

De Statuto Florentino excludente sorores, vel alias feminas proximiores propter agnatos remotiores, etiam usque ad sextum, vel respectivè octavum gradum, An intelligendum veniat de agnatis lineæ inferioris, vel etiam de illis lineæ superioris; Et de alijs ad eundem Statuti materiam; Et præsertim an sit favorabile, vel odiosum.

Et de aliquibus differentijs inter collateralales lineæ superioris, & illos lineæ inferioris siue inter patrui, & nepotem ex fratre.

### SUMMARIUM

- 1 **F**acti series.
- 2 De hærede putativo non bene consideranda inventarium remissivo.
- 3 Quod super notoria, & certis non debent fieri allegationes.
- 4 Interpretatio Statutorum pendet ex eo an sit favorabilis, vel odiosa.
- 5 De ista questione an sint favorabilis, vel odiosa & de varijs opinionibus.
- 6 Statuta debent intelligi ad litteram, & non admittunt extensionem.
- 7 De verbo cippus qui à feminis.
- 8 De differentiâ inter collateralales lineæ superioris, & inferioris.
- 9 Patrui, vel avunculus non succedit cum nepote ex fratre, vel sorore.
- 10 Inter plures nepotes ex fratribus prædilecti non intrat representatio, sed omnes succedunt in capita etiam si adsit amita à statu exclusa.
- 11 Nepotes ex fratre defuncto succedunt cum patre, vel matre.
- 12 Patrui, vel avunculus non succedit cum patre, vel matre.
- 13 Nepotes ex fratre utrinque excludunt nepotes ex fratre consanguineo, vel materno.

De LUC  
de  
Testament  
C VI  
9

14. In feudis Regni Neapolitani succedit nepos ex fratre, sed est sub questione in patruo.  
 15. Gratia extendens successionem ad quartum gradum intelligitur de linea inferiori.  
 16. Statutum favore fratrum suffragatur filijs fratrum, sed non patris.  
 17. De consuetudine Neapoli super collateralibus remotioribus.  
 18. Vbi lex est clara non curantur ratiocinia, & absurda.  
 19. Idem de voluntate testatoris.  
 20. De novis reformationibus Statutorum Florentie.  
 21. Exclusa sorore, censetur exclusi eius filij, & vltiores.  
 22. Femina est agnata, & succedit in agnatijs.  
 23. Quod quadam subtilitates a ratione divi-  
 tante non debeant attendi.  
 24. Statuta vocantia agnatos, sunt potius favorabilia.

## DISCURSUS VIII.

Defuncto ab intestato Octavio de Castellis, cujus nimium pinguem hereditatem adivit Elisabetha ex germana sorore neptis; Petrus Franciscus agnatus sexto gradu aequali, ut potest ab Antonio communi pro avo descendens, ex dispositione Statuti Florentini, hanc successionem sibi potius debitam petijt; Introduciturque causa coram eiusdem Civitatis quodam Magistratu per M. Duem deputato, eaque pendente, ex parte dictae Elisabethae (ita causae gravitate merito exigente), per universam Italiam alicuius nominis Scribentes consulti fuerunt, praesertim vero in Vrbe expetitur fuit consilium quatuor Advocatorum; mediante eorum congressu, iuxta laudabilem stylium habito praevius discussibus qui in scriptis a singulis editi fuerunt; In hoc autem congressu scissa fuerunt vota; Duo etenim crederentur potiores esse partes dictae Elisabethae, dictamque statutariam dispositionem non obstrare; Alter autem senior, magnusque Advocatus, & ego tunc omnium iunior, in contrario fuimus voto, nimiam difficultatem contra eam habentes; Adhuc tamen agentes pro dicta Elisabetha, ex prudenti consilio petierunt, ut omnes pro ea singulariter ad causae oportunitatem scribere deberemus, ne alias duorum abintentione a scribendo, malam impressionem causae praedictae produceret, cum que iusta esset petitio, deneganda non erat.

Duo igitur Responsum desuper a me data fuerunt; Unum pro veritate in forma discussiva pro congressu ut supra; Et alterum more Advocati ad causae oportunitatem, ultra aliud Responsum pro eadem post decisam causam datum, quod fuit super puncto non bene confecti inveniuntur, de quo *sub tit. de herede, & hereditate disc. 17.*

Quatenus igitur pertinet ad secundum Responsum ad causae oportunitatem, postquam (ut ignaro vulgo, atque pragmatico mori satis fieret) manibus chartarum repleto facta fuit cum allegationum cumulo, super notaria, & praesupponenda conclusione, quod attenda dispositione iuris communis novissimi, per quod sublata sexus, ac agnationis, seu cognatio differentia sola gradus proximitas attendenda est, successio debita esset Elisabethae in tertio, non autem actori in sexto gradu existenti; Ut Statuti obstaculum removeretur, ad quod difficultas restringebatur, assumpsi quaestionem super huiusmodi Statutorum natura, seu qualitate an scilicet favorabilia vel odiosa censenda

*Card. de Luca P. 2. de Success.*

sint, cum ex hoc pendeat eorum interpretatio, an ea stricta, & rigorosa, vel potius lata, & benigna esse debeat.

In hoc autem, DD. demore nimium variant, pluresque habentur opiniones relatae per *Soccin. jun. cons. 1. num. 46. lib. 1. & Rot. decis. 53. par. 3. recen. 3.* Prima scilicet, ut censenda sint favorabilia, vel saltem non odiosa odio irrationabili, ut potest ordinata favore agnationis, quam sequitur *Rota* ex relatis per *adden. ad Buratt. decis. 6. & 288. & dicta dec. 53. p. 3.*; Altera est directio contraria, ut sint omnino odiosa, & exorbitantia quam sequuntur plures relati per *Rotam dicta decis. 53. recen. n. 2.*; Tertia est distinguens, ut censenda sint odiosa, quoad caput exclusivum ex relatis eadem *decis. 53. numer. 3.*; Quarta demum distinguens inter masculos aequales gradu, & alios inaequales; Sive inter foeminas, quibus debita sit legitima, & alias, quibus non sit debita, ut primo casu dicenda sint favorabilia secus autem in altero, cum exorbitans videatur, ut remotior ac inaequalis, proximiorum excludere debeat, ex deductis per *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 15. cum seqq. Gionagnon, cons. 66. n. 12. lib. 1. & dicta dec. 53. num. 4.* apud quos concordantes; Quinta distinguens inter foeminas agnatas, & non agnatas ut eadem *decis. 53. n. 5.*; Et sexta an Statutum exprimat, necne rationem agnationis ut eadem *decis. 53. num. 6.*

Secundam igitur, seu quartam opinionem distinguens, dicendo veriorum, ac probabiliorum, ita inferebam, quod vereremur in Statuto omnino odioso, ac exorbitanti, ut ad eam proxima neptis ex sorore, per nimium remotum, pendente extraneum transversalem excludi deberet; Atque hoc posito inferebam ad conclusionem, de qua plene *Gionagnon. dicto cons. 66. lib. 1. Rot. decis. 68. num. 3. & 4. p. 6. rec.* cum alijs infra in *Fanen. disc. 15.*, quod scilicet huiusmodi Statuta intelligenda sint ad litteram, ac de personis, de quibus loquuntur in verbis, denegata extensione, etiam ex identitate, maiortate rationis; Ideoque dum loquitur de sorore morientis, extendendum non esset ad casum controversiae, in quo agebatur de nepte ex sorore iam defuncta.

Item quod idem Statutum intelligendum esset de collateralibus lineae inferioris, non autem superioris, ex duplici ponderatione; Primum quod Statutum in parte inclusiva agnatorum vocat eos, qui sint eiusdem cippi, qualis dicitur ille, qui sit communis excludenti, & excluso ut potest ab utriusque patre, vel avo, ex ijs, quae super huius vocabuli significatione habentur *sub tit. de fideicom. praesertim disc. 33.* ubi de subdistinctione familiae contentivae in proximam, et remotam; Et secundum ob magnam differentiam, quam lex constituit inter transversales lineae superioris, & illos lineae inferioris, istos magis diligendo, ac privilegiando in hac materia successiois; Siquidem ius commune admittit nepotes ex fratre, quamvis tertio gradu distantes una cum parentibus, ac etiam cum germanis fratribus ad intestatam successionem, & tamen non admittit patruos, quamvis in eodem tertio gradu constituti sint, ex relatis per *Cyriac. controu. 405. num. 34.*

Neque vim argumenti tollere potest responso, ut id proveniat ex beneficio representationis, cuius ratione nepotes, qui sunt in tertio gradu occupare dicuntur secundum eorum patris, quoniam istud quoque beneficium denotat majus privilegium; Ac etiam quia, etiam eo non intrante, adhuc eadem praerogativa conceditur, quoniam si moriente aliquo

D aliquo

aliquo ab intestato, nullis extantibus parentibus, vel germanis fratribus, unde propterea cesset hæc fictio, ob quam remotior fiat proximiori æqualis, adhuc ex magis communi, & recepta opinione, successio debetur solum nepoti, non autem patruo, juxta opinionem quam tenent *Bart., Bald., Nicol. de Obald., Marta,* & alii relati per *Cypriacum dicta contro. 405. n. 34. & seqq.*, & latius per *Ursin. de feud. par. 2. quest. 8. art. 1. n. 2.* rejecta contraria opinione *Salyceti,* & aliorum, quos refert, & sequitur *Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 30. num. 35. & tit. 32. nu. 17. & seqq.*

Atque ubi nulli supersunt fratres, sed solum nepotes ex pluribus fratribus prædefunctis, (quid antiquiores accerrimè certaverint, adeo ut ista fuerit una ex magis involutis questionibus, quæ in jure habentur, hodie forsitan ubique præsertim verò in Rota, & Curia Romana, ac etiam in Tribunalibus Regni Neapolitani, receptum est, ut non intret fictio representationis, sed omnes succedant in capita ex plenè relatis per *The saw. decis. 162. Franch. dec. 24. num. 10. Præ. observ. 11. Buratt. & adden. decis. 35. 2. decis. 600. par. 5. recen. decis. 180. & 278. par. 6. & decis. 178. par. 7. recen.*, & sæpius; Idque Rota ampliavit quamvis adesset amita per Statutum exclusivè ut in *Romana de Marefcottis 27. Februarij 1657. coram Buccabella, & 18. Junij 1646. coram Verofio.* & in aliis.

Et tamen si isto casu supersint parentes, adhuc isti nepotes ex fratribus cum parentibus admittuntur ad successionem juxta magis communiter receptam opinionem, super qua *Marin. in addit. ad Reverer. decis. 418.* multos refert, atque ita in fine refert decim per S. Consilium & tamen sine dubio patrum, vel avunculis non admittuntur ad successionem cum patre vel matre, etiam si sint ejusdem lateris, quamvis eadem sit gradus proximitas, ergo magna differentia est inter collaterales lineæ superioris, & illos lineæ inferioris.

Prout nullis extantibus germanis fratribus, unde propterea dicta fictio representationis cesset, adhuc in patris, vel avunculis non intret distinctio unicuitatis, vel duplicitatis vinculi, an scilicet ex uno, vel ex utroque latere conjuncti sint, cum istam differentiam lex consideraverit solum in fratribus, & fratre filijs, quamvis cesset necessitas representationis ut supra, quia nempe supersint nepotes ex fratre utrinque, & nepotes ex altero fratre consanguineo juxta casum, de quo in *Romana hereditatis de Sparis sub tit. de fideic. disc. 57.* quoniam ex magis communi, & recepta opinione potior est conditio nepotum ex fratre germano, cum quibus alii nepotes non concurrunt juxta auctoritates relatas dicto discursu 57. de fideicommiss. num. 7.

In successione item feudorum Regni Neapolitani, quæ restricta est per illius Constitutiones ad tertium gradum, extra controversiam veniunt nepotes ex fratre, & tamen in patruo, qui eodem gradu attinet, est sub questione, ut pater ex deductis per *Ursin. de feud. dicta par. 2. quest. 7. art. 1. Bilott. conclus. feud. 23. Rovit. dec. 94.*; Et quamvis hodie ex moderna gratia, successio extensa sit ad quartum gradum civilem, intelligitur tamen in linea inferiori, non autem superiori, ut in sua sede, cum similibus.

Et in ipsamet materia statutaria, exclusio femininarum propter fratres juxta sententiam *Bart. in l. liberorum ff. de verbor. signific. canonizatam plenè per Rotam in Romana successione de Girona 23. Januarij 1574. coram Robustero,* suffragatur etiam

nepotibus ex fratre, quamvis id non sit extra illam quam dubitationem ex deductis infra præterea, *disc. 16.*; Sed extra questionem est, ut patris non veniat ex deductis per *Gabriel. de statutis consel. 7.* & communiter; Idemque habemus in materia Consuetudinum Neapolis de quibus mentio habetur infra in *Beneventana disc. 16.* quod scilicet data gradus inæqualitate inter masculos & feminas intret conclusio solum favore masculorum lineæ inferioris, non autem superioris cum similibus.

Quamvis autem cum his, ac similibus floribus, aliisque generalibus propositionibus atque cum superflua copiosa allegationum congerie, jure vago grata, curassem, more Consulentium condictionem exornare, adeo ut ob dictas similitudines, & forte aliquem haberet plausum.

Attamen reflectendo ad veritatem libere dictum est, tam oretenus in congressu, quam in scriptis in discussu insinuatam, ego consuetudinem credebam probabilis, unde propterea resolutio iusta visa fuit ex vulgari regula textus in *l. sine sac. ff. de leg. 3.* quod scilicet in claris, & expellis non intrent questiones, & argumenta; Ac etiam ex propositione desumpta ex textu *l. non omnium ff. de heredit. quod ubi lex est clara, non curantur absurdæ, an ratio naturalis resistat, nec ne, cum ista sit præcipua legis prærogativa, ut quamvis dura, servari debeat, nimum attendendo rationem membra præ doctrinas, ubi agatur de interpretatione legum dubia.*

Quod etiam habemus in materia fideicommissorum aliarumque ultimarum voluntatum, quod scilicet magnum reputatur absurdum argumentum pro conjectura seu interpretatione ambigua voluntatis, ubi verò ea est clara, istud argumentum negligitur ut præterit advenit sub *tit. de fideic. disc. 30.* & in illius causæ decisionibus ubi relatis, cum similibus.

Cum igitur in novis reformationibus editis, tam ad majorem declarationem antiqui Statuti, quam etiam respectivè pro extensione favoris reformationum usque ad octavum gradum, & nulli mulier, vel ejus filij, & sequens incipien. alij vero mulier, generaliter disponatur ut fortiores per agnatos transverfales intra sextum, & omnes alie feminæ, alique per eas conjuncti excludatur per agnatos usque ad octavum gradum, neque cum eis concensum prætere possint, quod claris explicatam habetur in earumdem reformationum publicatione, quæ materna lingua populo facta fuerat; Hinc proinde, (pro meo judicio), contemptibiles remanent Juristarum subtilitates, atque, ut vulgè dicitur *stiratura*, quæ per scribentes pro hac parte, pro ingeniorum varietate deducatur, cum id in verbis claris decisum esset, non solum de fortibus, sed etiam de omnibus aliis mulieribus, ac ascendentibus per eas.

Et nihilominus, ubi etiam id explicitum non esset, idem quoque dice dum veniret ex regulis, quod infecta primitiva, infecta dicitur denotare, & consequenter quod exclusio femine præcedentis secum trahat exclusionem ejus filiorum, & descendentium juxta magis communem, & acceptabilem opinionem, de qua aliis relatis apud *Bart. cons. 83. Rota dec. 405. par. 5. rec.* & habetur in *Interamnen. disc. 14.*

Profus enim improbabile, ac humano ductu contrarium videretur, ut remoti agnati

De L. U. C.  
de  
Testament  
et  
9VI  
9

excludere deberent germanam forem, qua non solum habet prerogativam majoris proximitatis primi gradus, sed etiam alteram agnationis, quoniam femina licet non prorogent familiam, attamen donec vivunt, illam conservant; Ideoque cessante concursu masculorum, ex magis communi, & recepta sententia succedunt etiam in fideicommissis; ac majoribus agnatiis ut pluries habetur in sua materia *sub tit. de fideic.*, & tamen, quod non debeant excludi feminae ex femina, quae sunt gradu remotiores, & extraneae a familia, & agnatione; Ideoque huiusmodi simplicitates a naturali ratione, ac humano discursu adeo aberrantes, irrisione dignae videntur; Multo vero magis eadem irrisione digni sunt, non quidem ipsi; Consulescentes, qui eas deducunt, utpote exculabiles, ut sibi commissas partes, ingenium acuendo, explicent eo quo possunt modo, sed Iudices qui Consulentiū auctoritatem ita in cæca fide sequuntur, quoniam repugnantia est nimis clara; Potissime quia, licet in quadam physica possibilitate dari possint collateralales inferioris usque ad octavum gradum, attamen ex magis communi, & frequenti contingentia id moraliter est impossibile; Ideoque dictæ ponderationis de linea inferiori vel superiori percutientes gradus magis proximos, in quibus sint verificabiles, non videbantur ad rem adaptabiles in gradibus adeo remotis.

Clarius vero dum (pro meo pluries infinito sensu) ex ratione ponderata præsertim in *Per usua disc. 1.* & in alijs, magis efficax argumentum, quod in ista statuarum materia favore foeminarum deduci solet super huiusmodi Statutorum exorbitantia, & odibilitate, corrui, nullamque habet probabilitatem, cum potius, nostris moribus attentis, contrarium dicendum sit, ideoque sit potius favorabile, ut formiter discusso articulo, relatisque omnibus opinionibus, ac singulis respondendo, firmatur *dist. de cis. 33. par. 3. recent.*, cum qua processum est in alijs relatis per *add. ad Buratt. dist. de c. 6. & 228.*

gibus, scriptis, vel non scriptis quæ in Civitate, ac Regno Neapolitano habeantur super foeminarum exclusione, ab intestata successione.

SUMMARYM.

- 1 **F**Acti series.
- 2 De fructibus an veniant in indicio petitionis hereditatis remissive.
- 3 Ad materiam tex. in l. hæres abiens.
- 4 De foro absentis, cui dandus sit curator.
- 5 De foro rei sitæ, & an hæres conveniatur in loco implementi.
- 6 Vbi de successione sit questio, atque bona sunt in pluribus Principatibus vel locis, quis sit forus magis competens.
- 7 De eodem ut attendatur caput hereditatis, & quomodo.
- 8 Pagnus non habet duplex patrimonium neque hereditatem.
- 9 Declaratur quomodo, & quando procedat, & de pluralitate successorum.
- 10 De frequentia Statutorum, & praxi dictæ conclusionis super diverso modo succedendi.
- 11 Fortius ubi sunt plures Principatus diversi.
- 12 An quilibet faciat confiscationem in suo.
- 13 Observantia est deferendum in interpretatione Statutorum.
- 14 Deratione ob quam non placet opinio; exigens subiectionem bonorum.
- 15 Quid in hoc Statuto Florentino.
- 16 Prescriptio nunquam datur cum mala fide.
- 17 De legibus Civitatis, & Regni Neapolis super exclusione foeminarum.
- 18 Constitutiones, & pragmatice Regni dicuntur in commune.
- 19 Dos ibi succedit loco legitime.
- 20 De consuetudine Neapolis super exclusione foeminarum.

DISCURSUS IX.

**FLORENTINA**  
**SUCCESSIONIS**  
**DE FRANCESCHIS**

PRO

MARIA LUCRETIA, ET MARIA  
 MAGDALENA

CUM

PHILIPPO FRATRE.

Responsum seu Discursus.

De Statuto Florentino exclusivo foeminarum propter masculos, an contentetur sola subiectione personarum, non curata illa bonorum, siue à vtriusque Statuti combinationem admittat.

Et ubi successio complectatur bona in diversis Principatibus existentia, qualis dicatur huiusmodi successione forus competens, etiam respectu bonorum alibi existentium; Et incidenter de le-

*Card. de Luca P. 2. de Success.*

**I**NIXTA seriem in hac eadem causa recensitam *sub tit. de Hered. & Heredit. disc. 9.*; Defunctis ab intestato in civitate Florentina patria originaria, prius Francisco patre, deindeque Iulio filio, superstitibus Philippo filio, ac fratre respectivè, ac Maria Lucretia, & Maria Magdalena filiabus, & respectivè sororibus; Cum Philippus, ad normam Statuti Florentini foeminarum exclusivi, nedum per fratres, sed etiam per ulteriores agnatos ex deductis in alia Florentina *disc. praced.*, hereditaria bona in ipsa patria, eiusque ditione existentia, extra omnem controversiam obtinisset; pleraque verò alia ad eandem hereditates pertinentia existerent in Vibe, vel Statu Ecclesiastico; ac etiam in Civitate seu Regno Neapolitano, nec non in Civitate seu Dominio Veneto, eorumque possessionem, ac fructuionem de facto, tacita sororum existentia, obtinisset; Certiorque factus de pluries infinuata opinione, quam urbis, ac etiam Neapolis Tribunalia retinent super copulativo concursu vtriusque subiectionis personarum, & bonorum, in huiusmodi Statutis exclusivis necessario, quodque propterea respectu bonorum in his Principatibus existentium, ad limites iuris communis æqualis sororum conditio esset; Hinc proinde, cum præsupposito quod Rota Florentina, aliaque illius Civitatis Tribunalia diversam sequantur opinionem, ut sola personarum subiectione ad id sufficientiam

D 2

etiam